



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

4 Linqvendus non est (nisi sit sententia) præsul.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Nec sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis
negligentium, vel quorumlibet indoctorum, sine vel
a dibus adquebatur, quibus factis, literis unica est cre-
dendi patitur & vivendi regula a prescripta.
*Ne ergo (ut supra distictum est) tales sui officii successores aliqui
sibi quaerere prohibetur Episcopis ab eorum pro se successorem sibi sta-
tuere, ac designari in locum suum subrogare.*

QVÆSTIO II.

Quod autem amicum patrocini, in aliquorum electione
convalescere non debeant, auctoritate beati Gregorii Pa-
pæ probatur, qui in secundo libro Regum, indist. 11. ep. 22.
suo sup. or. scribit Antonia Subdiacono dicens.

C. 1. ¶ In electione Episcopi non manerem datus,
ne aliquorum patrocini con-
valescant.

Illud b quidem pax omnibus sibi cura fit, ut in hac e-
lectione nec datio quibuslibet personarum patrocini
præmiorum, nec quarumlibet personarum patrocini
convalescant. Nam si quorundam patrocini fuerit
quicumque electus, voluntas exigente, compellitur: licet
quidam, obediens reverentia, & ordo ecclesiasti-
cus non ferretur. Talem ergo, te adponente, personam
debeni sibi eligere, quæ nullius incongrua voluntati de-
ferriat, sed vita ac moribus decorata, tanto ordine di-
gna valeat inveniri.

C. 11. ¶ In electione antistiti communi utilitati,
non suo lucro quisq. proficiat.
*Idem ad clericum Mediolanensem, lib. 2. indist. 11.
epist. 29. seu 68.*

Dilectissimi c filii, officii nostri censura communiti
suademus, ut in hac suscipiendi antistitis causis nul-
lus vestrum, neglecta utilitate communi, suo lucro pro-
spiciat; ne, si quicumque propria commoda appetat, frus-
trata æstimatione fallatur, quia nec libero iudicio præ-
ferendam sibi personam examinat mens, quam cupi-
ditas ligat. Penitentes igitur, quæ cunctis expediunt, ei-
quem vobis divina gratia præbet, integerrimam semper
in omnibus obedientiam præbet. Iudicari nam-
que à vobis ultra non debet semel prælatus: sed tantò
nunc subititer iudicandus est, quanto postmodum iudi-
candus non est.

QVÆSTIO III.

Quod autem simoniacus talendium non sit, qui post electio-
nem pro indennitate ecclesie iuramentum præstitit, facile
probatur. Aliud est enim ante electionem iuramentum
facere, vel se fideliter servaturos, ad hoc ut eligatur: aliud est, nulla
præcedente conventionione post electionem, in usum communi
offere. Illud ab officio tanquam minus impensum deicit: hoc au-
tem conferendo nullum impedimentum generat.
De prioris casu scribit Pelagius Papa clero Catonensi.

C. 1. ¶ Qui in Episcopum eligitur, de rebus eccle-
siasticis aliquam securitatem nulli
faciat.

Talia d quidem iam dudum ad fratrem & Coepi-
scopum nostrum Eucarpum, de visitatione Cati-
nensis ecclesie scripta direximus, ut in eis iudicium
nostrum potius agnosceret. Verum tamen, quia quod-
dam ibi non sana intentione, sed pravus studiis, dissen-
siones suscitare, vestra etiam relatione cognovimus,
qui scientes se ad Episcopatum nec avaritæ, nec scientia,
nec vitæ meritis, posse perducere, ad hoc tantummodo
inquietare ecclesiam volunt, ut sibi de his, quæ ex ipsa

^a Sup. Apostolica. ^b Polyg. l. 2. tit. 2. Iun. p. 5. c. 229. c Polyg.
ibid. Iun. p. 5. c. 230. ^d Anf. l. 6. c. 4. Polyg. l. 2. tit. 3.

presumpta sunt, impunita remissurus pronuntio Episco-
pus, & fiat rapina securitas. Episcopatus amantia, hoc
etiam vos duximus commoneudo, ut decretum in Episco-
pium Diaconum factum, & subscriptum ad omnibus
quos vestra relatio designavit, ad nos cum gratia
satis epistola, & cum eodem Diacono matrem suam
propiciante, perducere. *Ep. post pauca.* ¶ Cum ignavia
filius noster, magnificus vir, Leo prator, venisset
nobis de singulis, quæ ibi mora sunt, & quomodocumque
prope totius civitatis in Elpidio Diacono con-
valescant. Unde quia, de memorati viri testimonio, o dubitacione
non non possumus, idcirco, licet dictum est, Elpidio
conum ad nos facile propere, nec expectari ultra
ut admonitio ad eum nostra debet destinari. Quæ
tamen hoc per vestram dilectionem in præsentia
specialiter admoemus, ne cui se aliqui dante, in
tutum esse promittat, sed neque de ecclesiasticis
utis causis aliquam securitatem cuiquam adpetat
se, sine promittere, aut quali factus Episcopum
direpta sunt non repetat, sed apud eos, a quibus
pax sunt, permanere libere patiat: sciens, quod
aliqui fecit, vel fecerit, nec a nobis omnino per-
valeat ipsa promissio, & cum iudicium nostrum, quod de
habuimus, damno, pastoralis confectionis
promereri non poterit. *De secundo vero casu in regis
secundi legitur.*

C. 11. ¶ Post electionem pro indennitate eccle-
siæ electo iuramentum præ-
stare.

Artaldus Arelatenfis, t. Episcopus, Narbonen-
sis ecclesie suffraganeus, Romam confectionem
minum Papam Urbanum venit: suus quippe
scopus eum consecrare volebat, quoniam post
nem suam propter bona ecclesie facta, etiam
iuravit. Consecratus in que est à Domino Pa-
no, ante purgatus huiusmodi iuramento. De-
to, quod canonice non est ecclesie facti post
nullam conventionem ante, ut eligeret. Post
mensis vero Archiepiscopus, nullus, prater illi
causa, confectionem nostram omisit, me frater
militi cunctis conficius sum, propter quod à
unctione repellat.

¶ Arelatenfi ¶ In manscriptis etiam sic habetur
sua est subesse mendam, quia hic Episcopus vocatur
Archiepiscopi Narbonensi: in enicis autem secundo
Arelate referitur ad provinciam Viennensem. Et
etiam Durandi in seculo de autor. & usi palli, hoc
dat, Arelatensem Archiepiscopum subesse Narbonen-
loannes Andrea in notis ad illum locum expressit scribit
talis non agi de Arelatenfi Archiepiscopo. Et probatur
Electi, qui vero est suffraganeus Archiepiscopi Narbonen-
ruperi scriptum fuisse, Arelatenfis.

QVÆSTIO IV.

Quod autem clericus ante sententiam tempus ad
discedere non liceat, probatur auctoritate Sym-
machi Pape dicentis.

C. 1. ¶ Symmachi ¶ (Crasse libellus Emendat, non
chi Pape, cuius reddita est ratio sup. dist. 31. c. 1. non
non no.)

Nonne d directæ sunt verba canonum, quæ
discedere non liceat, probatur auctoritate Sym-
machi Pape, cuius reddita est ratio sup. dist. 31. c. 1. non
non no.)

^a ad iterari. ^b Emendatus est hic locus in
Polycarpo. ^c al. sacerdotum non repellat. ^d Polyg.
240. & 242.



ponificem ab aliis accusatum priusquam sub luce ob-
jecta confiteretur, exigat non relinquat.

¶ Canonum.] Si enotatorum est ex vetustis codicibus,
Eusebii ipsi & Iovinianus prius legentur, Decreti. Citare autem
Eusebium velus canones qui ante Symmachium de hinc re editi erant.
Sed veris in glossa citatur, sicut ex epistola Pontificis Symmacho
proferuntur. In Carthaginiensi quidem concilio inserto in
eodem canonem est unde citatur infra. 11. q. 2. c. si
quis presbyter. & de decimis rursus relatus sup. 4. q. 5. c. qui quis Epi-
scopum. Et viginti quatuor citatur ibidem, c. placuit. ad quos
& præcipue ad primum videtur spectasse Eusebium.

QVÆSTIO V.
Sicut literis Apostolicis a Episcopis accusatus, & à sancta sede
votatus, ad suam non revertatur ecclesiam.

C. I. ¶ A sede Apostolica vocatus Episcopus ad do-
mum non revertatur, nisi purgatus, & A-
postolice literis instruitus.

Unde Sixtus Papa I. ait epist. 263.

Quilibet h. fratrum pulsatus, atque ab hac sancta se-
de vocatus, cum se nobis repræsentaverit, ad eccle-
siam tamen non prius revertatur, quam literis Aposto-
licis, vel formatis pleniter instructus, atque purgatus sit,
si fuerit unde: ut postquam domum reversus fuerit,
cognoscant vicini sui, qualiter suam aliorumque causam
hic finierit: quatenus eum absque ambiguitate alla nun-
tiet, & prædicare omnibus possit. Ab hac enim sancta
sede & sanctis Apostolis tueri, defendi, & liberari Episco-
pi nulli sunt: ut licet eorum dispositione, ordinante Do-
mino, primus sunt constituti, sic huius sanctæ sedis (cu-
jus dispositionis eorum causas, & iusticia servaverit) pro-
tectione, futuris temporibus sint ab omnibus perver-
sitatibus semper liberi. Unde culpantur ii, qui aliter
etiam fratres egerint, quam huius sedis rectoribus placere
cogoverint.

CAUSA IX.

Extensio excommunicationis notatus quidam Ar-
chiepiscopus, aliquos clericos alterius metropoli-
tani ordinis: quendam capellanum sui suffra-
ganei; illi inchoato, decessit, atque alium in loco
eius ordinavit.

- 1. Hic primario quæritur, an ordinatio, qua ab excommunicatione
facta est, aliquid vultu possit rati haberi.
- 2. Secundo, an licet Episcopo, Archiepiscopo, Primati, vel Patri-
archæ clericos alterius sedis propriis literis ordinare.
- 3. Tertio, an Archiepiscopus clericos suffraganeos sui, illi inconsulto,
damnare valeat, vel damnatos absolvere.

QVÆSTIO I.

Quod ordinatio, qua ab excommunicato celebratur, nullam
omnino rati obinet, nec etiam consecratio appellanda sit,
testatur Gregorius lib. 3. epist. 12. dicitur.

C. I. ¶ Non potest appellari consecratio, que fit
ab excommunicato.

Noti & consecrationem dicere nullo modo possu-
lebatur.

C. II. PALEA.

Excommunicati illicitæ manus imponunt: quis pote-
rius ordinandi non habent: ubi autem illicita est
cessio est, quod minime probatur esse collatum.

¶ Hic & sequens Palea absque à prioribus vestigiis exemplis
a. d. Apostolica. b. Anst. L. 2. c. 2. Pdy. lib. 2. tit. 37. 100
104. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120.

ribus: habentur tamen in uno valde emendato, in quo pauca habent
solum. Prior autem hæc videtur esse forma quadam sequenti.

C. III. PALEA.

¶ Unde Damasus Papa epist. 4. ait.
Per a illicitam manus impositionem vulneratum
caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habe-
bant: & ubi vulnus infixum est, necesse est medicinam
adhibere, qua infixa sanetur macula, id est, reiterari
necesse est, quod legitime actum, aut collatum mini-
me probatur, si perfectum esse debet. Nam quomo-
do honorem possit retinere, qui ab illo accepit, qui
potestatem dare legitime non habuit, invenire non
possunt.

Sed excommunicati b. hic intelligendi sunt, qui in ipsa sua ordi-
natione pernam excommunicationis contraxerunt, qui nunquam in
numero catholicorum fuerunt. Ceterum, qui inter catholicos prius
deputati sunt, si postea excommunicationis sententia notati fuerint,
ordinationes tamen eorum ab ecclesia misericorditer tolerantur.

C. IV. ¶ Ordinationes ab excommunicato, non
simoniaci factæ, ex misericordia to-
lerantur.

Unde Urbanus Papa secundus scri-
bit, dicitur.

Ab excommunicato, quondam tamen Catholicis E-
piscopis ordinatos, si quidem non simoniaci & ordines
iplos acceperunt, & si ipsos Episcopos simoniacos non
fuisse constiterit, ad hæc, si eorum religiosior vita, & do-
ctrina prærogativa visa fuerit promereri, penitentia
indicta, quam congruum duxerit, in ipsis, quos accepe-
runt, ordinibus permanere permittas. Ad superiores
autem concedere non concedimus, nisi necessitas, vel
utilitas maxima flagitaverit, & ipsorum sancta conver-
satio promeruerit.

Sed & illud Gregorius d. de nominati excommunicati intelli-
gitur: quorum ordinationes sunt irritæ, si eorum damnatio non erat
ordinandi incognita.

C. V. ¶ Qui nominati excommunicati sunt: &
qui aliorum sedes invadunt, alios or-
dinare non possunt.

Unde idem Urbanus ait in synodo Placentina,
cap. 9. & sequentiibus.

Ordinationes, quæ ab hæresiacis nominati-
excommunicatis factæ sunt, & ab eis, qui catholi-
corum adhuc viventium Episcoporum sedes invaserunt,
irritas esse iudicamus; nisi probare valuerint, se cum
ordinarentur, eos necesse damnatos. ¶ Qui f. verò ab
Episcopis quondam catholice ordinatis, sed in schismate
à Romana ecclesia separatis consecrati sunt, eos nimi-
rum; cum ad ecclesiam unitatem redierint, seriatim pro-
priis ordinibus, misericorditer suscipi iubemus: si ta-
men vita, & scientia eos commendat. ¶ Anod. g. ve-
rò, quicumque à prædictis schismaticis, sanctæque Ro-
mæ ecclesie adversariis se ordinari permiserit, nulla-
tenus hæc venia dignus habeatur. ¶ Quamvis h. au-
tem misericordie intuitu, magna que necessitate cogent,
hanc in sacris ordinibus dispensationem constitueri-
mus; nullum tamen præiudicium sacris canonibus fieri
voluimus: sed obrineant proprium robur, & cessante
necessitate, illud quoque cesset, quod pro necessitate fa-
ctum est. Vbi enim multorum strages jacet, ibi subira-
hendum est aliquid severitati; ut i. addatur amplius
charitati.

¶ Ut addatur, &c. ¶ Hæc sunt addita ex concilio ipsi. Ele-
ctio quoque, nisi à catholicis facta fuerit, irrita esse probatur.

a. Sup. r. q. 7. per illicitam. b. Sup. ead. mo consecrationem.
c. Anst. L. 2. c. 2. d. Sup. ead. mo consecrationem.
e. Pdy. L. 2. tit. 37. c. 9. & 10. f. C. 11. g. C. 12.
h. C. 11.